Fragmentarium

Cod. A 94.18 f 1r

Hec epistola est de sancto cyriacho ⁊ cyriaco

Lectio ezechielis prophete

In diebus illis. Vidi ⁊ ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone ⁊ nu
bes magna ⁊ ignis involvens ⁊ splendor in circuitu eius ⁊ de medio
eius quasi species electri id est de medio ignis. Et ex medio eorum simi
litudo .iiii. animalium et hic aspectus eorum similitudo hominis in eis. Et
.iiii. facies uni ⁊ .iiii. penne uni.
Et pedes eorum pedes recti ⁊ planta
pedis eorum quasi planta pedis vituli.
⁊ scintille quasi aspectus eris candentis.
Et manus hominis sub pennis eorum
in .iiii. partibus. ⁊ facies ⁊ pennas
per quatuor partes habebant.
Iuncte que erant penne eorum al
terius ad alterum. Non rever
tebantur cum incederent. sed unum
quodque ante faciem suam gradie
batur. Similitudo autem vultus
eorum facies hominis ⁊ facies leonis
a dextris ipsorum .iiii. Facies autem
bovis a sinistris ipsorum .iiii. ⁊ faci
es aquile desuper ipsorum quatu
or. Et facies ipsorum ⁊ penne eorum
extente desuper. Due penne sin
gulorum iungebantur ⁊ due tege
bant eorum corpora. Et unumquodque
coram facie sua ambulabat. Ubi
erat impetus spiritus illuc gradieban
tur nec revertebantur cum ambu
larent. Et similitudo animali
um aspectus eorum quasi carbo
num ignis ardentium et quasi
aspectus lampadarum

De sancto luca evangelista. Lectio epistole beati pauli
apostoli ad corinthios. Fratres.

Sciatis gratiam domini nostri ihesu christi quoniam
propter vos egenus factus est cum esset di
ves. ut illius inopia vos divites
essetis. Et consilium in hoc do. hoc
enim vobis utile est qui non
solum facere. sed ⁊ velle cepistis
ab anno priore ⁊ vero ut facto
perficiate ut quemadmodum promptus
est animus voluntatis ita sit ⁊ perfici
endi ex eo quod habetis. Si enim vo
luntas prompta est secundum id quod
habet accepta est non secundum id quod non
habet. Non enim ut aliis sit remis
sio vobis autem tribulatio. sed ex equali
tate in presenti tempore vestra habun
dancia illorum inopiam suppleat
ut et illorum habundancia vestre
inopie sit supplementum. ut fiat
equalitas sicut scriptum est. Qui
multum habet non habunda[…]
qui modicum non minoravit
autem deo qui dedit eand[…]
citudinem pro vobis [i…]
quoniam exhortationem qu[…]
Sed dum sollicitio[…]
luntate profe[…]
etiam cum illo […]
est in evan[…]
Non solum […]
desi[…]
hac[…]